



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

73. Fer. 4. Quæ oportuit Christum pati, nè pati detrectaremus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

## MEDITATIO LXXIII.

Feria 4. Dom. Quinquag.

*Qua oportuit Christum pati, nō pati  
detrectemus.*

**A**vdiam prophetias de Passione Domini, ipsumque Dominum dicentem: *Oportet impleri in me quod scriptum est: Et cum iniquis reputatus est. Petam agnoscere, & imitari Passionem Christi.*

*Conf. 1.* Sicut dies & nox, serenum & nubilum a Domino sunt, sic ab eodem esse, quando nobis nihil deest; ideo ipse Luc. 22. dixit eis: *Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calcamentis, nunquid aliquid defuit vobis? at illi dixerunt: nihil.* D. Chrylost. ait: **V**olebat, recognoscere totum divinitus emanasse: sic e contrario ibidem dixit eis: *Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram, & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium: quorum verborum sensus est, instare maximam persecutionem, ut humano iudicio opus videatur etiam tunica vendita gladium emere, nedum parare pecuniam in sacculo, & cibum in pera. Similis dicendi est modus Ierem. 9.*

*Conf. 2.* Causam tantæ præparationis esse ipsum Dominum ad prælia juxta prophetias descendentem: debuit enim Messias innocens

eens  
40. V.  
genti  
4. V.  
genti  
tāqu  
sto ei  
affixu  
inter  
Isai.  
Pl. 21  
11. D  
Num  
Ioan  
Zach  
C  
lum  
quat  
da t  
Amb  
exua  
tyrij  
occa  
imō

Sp

Feria 4. Dom. Quinquag. 119

eens reijci, Ps. 24. *Ps.* 19. a discipulo tradi, Ps. 40. *Ps.* 10. & Ps. 108. *Ps.* 8. vendi triginta argenteis, Zach. 11. *Ps.* 12. ut latro capi, Thre. 4. *Ps.* 20. conspui, colaphizari, Isai. 50. *Ps.* 6. gentilibus tradi, Ps. 2. *Ps.* 1. mirè vexari, multaque pati, Ps. 21. qui Psalmus, quia de Christo erat totus, initium ejus incepit ipse cruci affixus, Matth. 27. *Deus meus, Deus meus, &c.* inter latrones reputari, & iterum mira pati, Isai. 53. per totum, ejus vestes sorte dividi, Ps. 21. *Ps.* 19. sitire, Ps. 68. *Ps.* 22. mori, Jerem. 11. Daniel. 9. Isai. 53. *Ps.* 10. Ps. 40. *Ps.* 10. Num. 21. *Ps.* 9. sicut ipse Christus explicat, Ioan. 3. *Ps.* 24. Denique lancea transfigi, Zach. 12. *Ps.* 10.

*Conf.* 3. Hinc sequi: Si Dominus ad bellum it, ut servus non eat? si Dux, ut non sequatur subditus? quomodo autem vendenda tunica, & emendus gladius, docet D. Ambr. in c. 22. Luc. *Est gladius Passionis, ut exuas corpus, & ematur tibi sacra corona Martyrij Offeram me sponsam custodibus, id est, occasionibus patiendi, ut pallium auferant, imò & corpus.*

MEDITATIO LXXIV.

Feria. 5. Domin. Quinquag.

*Spes Resurrectionis minuit sensum  
Passionis.*

Vi.